

1017

corpore acies intuentis. Quibus duobus  
ut trinitas impleatur. annumeratur ter-  
cia voluntas. que fidem in memoriam  
constitutam. et quandam eius effigiem  
in contuitu recordationis impressam co-  
nectit et iungit. sicut in illa corporalis  
trinitate visionis formam corporis quod  
videtur. et conformationem que fit in cer-  
nens aspectu. coniungit intentio vo-  
luntatis. faciamus ergo corpus illud quod  
cernebat iterum dilapsu. nec eius reman-  
sisse aliquid in illo loco. ad quod viden-  
dum recurrat aspectus. Numquid quod ima-  
go rei corporalis iam transacta atque pre-  
terite remanet in memoria vnde infor-  
metur recordantis obiectus. atque id utrum-  
que tertia voluntate iungatur eadem tri-  
nitas esse dicenda est. que fuerat quan-  
do species in loco positi corporis vide-  
batur. non utique sed proorsus alia. Nam  
preter quod illa erat extrinsecus. hec intrin-  
secus. illa profecto faciebat species pre-  
sentis corporis. hanc imago preteriti.  
Sic et in hac re de qua nunc agimus.  
et propter quam putauimus adhibendum  
illud exemplum. fides que nunc in animo  
nostro est velut illud corpus in loco dum  
tenetur aspicitur. amatur. quandam ef-  
ficat trinitatem. Sed non ipsa erit. quan-  
do fides hec in animo sicut corpus. illud  
in loco iam non erit. Que vero tunc erit.  
quando eam recordabimur in nobis fu-  
isse non esse alia profecto erit. hanc enim  
que nunc est facit res ipsa presentis. et animo  
credenus affixa. at illam que tunc erit  
faciet rei preterite imaginatio in recorda-  
tis memoria derelicta. Nec illa igitur tri-  
nitas que nunc non est imago dei erit. nec  
ista imago dei est. que tunc non erit. Sed  
ea est inuenienda in anima hominis id  
est rationali. siue intellectuali imago cre-  
atoris que immortaliter immortalitati  
eius est insita. ¶ *cap. iij*

Nam sicut ipsa immortalitas anime  
secundum quendam modum di-  
citur. habet quippe et anima mor-

tem suam cum vita beata caret. que vera  
anime vita dicenda est. sed immortalis  
ideo nuncupatur. quoniam qualicumque  
vita etiam cum miserima est. nunquam de-  
sinit viuere. ita quamuis ratio vel intelle-  
ctus nunc in ea sit sopitus. nunc paruus.  
nunc magnus appareat. nunquam nisi ratio  
nalis et intellectualis est anima huma-  
na. ac per hoc si secundum hoc facta est  
ad imaginem dei. quod uti ratione et intel-  
lectu ad intelligendum et conspiciendum  
deum potest. profecto ab initio quo esse  
cepit ista tam magna et mira natura. si-  
ue ita obsoleta sic hec imago ut pene  
nulla sit. siue obscura atque deformis. si-  
ue clara et pulchra sit. semper est. Dem-  
umque deformitate dignitatis eius miserans  
diuina scriptura. quod quod in imagine  
dei ambulat homo. tamen vane concu-  
ratur. thesaurizat. et nescit cui congre-  
gabit ea. Non itaque imaginem dei vanita-  
tem tribueret. nisi deformem cerneret  
factam. Nec tantum valere illam defor-  
mitatem. ut auferat quod imago est. satis  
ostendit dicendo. quod quod in imagine dei am-  
bulet homo. Quapropter et veraciter pro-  
nunciari potest ista senten-  
tia. ut quemadmodum dictum est. quod quod  
in imagine dei ambulat homo tamen va-  
ne concuratur. ita dicatur. quod quod vane  
concuratur homo. tamen in imagine dei  
ambulat. Quod quod enim magna natura sit  
tamen viciari potuit. quia summa non est.  
et quod quod viciari potuit. quia summa non  
est. tamen quia summe nature capax est  
et esse particeps potest. magna natura  
est. Queramus igitur in hac imagine dei  
quandam sui generis trinitatem adiu-  
uante ipso qui nos fecit ad imaginem su-  
am. non enim aliter possumus hec salu-  
briter inuestigare. et secundum sapien-  
tiam que ab illo est aliquid inuenire. Sed  
ea que in superioribus libris et maxime  
in decimo de anima humana vel mente  
diximus. si lectoris vel memoria tenean-  
tur atque recolantur. vel diligentia in eis  
de locis in quibus descripta sunt recenseantur